

Animal est generis Neutrius:

Homo est animal:

E. Homo est generis Neutrius.

Animal in majore accipitur *Grammaticè* in secundâ notione, & sic rectè dicitur esse Generis Neutrius: In minore verò *Physicè*, in primâ notione, & sic rectè dicitur, quod homo sit animal.

CAPUT VII.

TRansimus jam ad *fallacias extra dictionem*, quæ non in voce ludunt, sed in re ipsâ fucum faciunt. Consistunt autem decipiendi modi *in Rebus* vel *in asserendo*, vel *interrogando*. *Asserendo*, quum aliquid vitiosè vel sumitur, vel concluditur. Sumitur vel πρώτως vel δευτέρω. Primariò in fallaciâ vel *Accidentis* vel *non causa*, ut *causa*.

Annotatio.

Hæ species in nonnullis etiam conveniunt cum *fallaciis in dictione*, pro diversâ consideratione *Accidentium* & *circumstantiarum*.

Falla-